

LATIN (PRINCIPAL)

Paper 2 Prose Literature

9788/02

May/June 2015

2 hours

Additional Materials: Answer Booklet/Paper



READ THESE INSTRUCTIONS FIRST

If you have been given an Answer Booklet, follow the instructions on the front cover of the Booklet.

Write your Centre number, candidate number and name on all the work you hand in.

Write in dark blue or black pen.

Do not use staples, paper clips, glue or correction fluid.

DO NOT WRITE IN ANY BARCODES.

This paper is in **two** sections.

Section A

Answer **all** questions on **both** passages from your chosen prescribed text.

Section B

Choose **one** of the two essays set on your chosen prescribed text.

At the end of the examination, fasten all your work securely together.

The number of marks is given in brackets [] at the end of each question or part question.

This document consists of **6** printed pages and **2** blank pages.

Section A

Answer **all** questions on both passages from your chosen prescribed text.

In your answers in this section, you should comment closely on the language used where appropriate.

Petronius, *Satyricon* 26-64

- 1** Read the following passage and answer the questions:

quam cum Agamemnon proprius consideraret, ait Trimalchio: ‘solus sum qui vera Corinthea habeam.’ expectabam, ut pro reliqua insolentia diceret sibi vasa Corintho afferri. sed ille melius: ‘et forsitan’ inquit ‘quaeris, quare solus Corinthea vera possideam: quia scilicet aerarius, a quo emo, Corinthus vocatur. quid est autem Corintheum, nisi quis Corinthum habet? et ne me putetis nesapium esse, valde bene scio, unde primum Corinthea nata sint. cum Ilium captum est, Hannibal, homo vafer et magnus stelio, omnes statuas aeneas et aureas et argenteas in unum rogum concessit et eas incendit; factae sunt in unum aera miscellanea. ita ex hac massa fabri sustulerunt et fecerunt catilla et paropsides et statuncula. sic Corinthea nata sunt, ex omnibus in unum, nec hoc nec illud. ignoscetis mihi quod dixero: ego malo mihi vitrea, certe non olunt. quod si non frangerentur, mallem mihi quam aurum; nunc autem vilia sunt. fuit tamen faber qui fecit phialam vitream, quae non frangebatur. admissus ergo Caesarem est cum suo munere, deinde fecit reporigere Caesarem et illam in pavimentum proiecit. Caesar non pote valdius quam expavit. at ille sustulit phialam de terra; collisa erat tamquam vasum aeneum; deinde martiolum de sinu protulit et phialam otio belle correxit. hoc facto putabat se solium Iovis tenere, utique postquam ille dixit: “numquid alias scit hanc condituram vitreorum?” vide modo. postquam negavit, iussit illum Caesar decollari: quia enim, si scitum esset, aurum pro luto haberemus.’

5

10

15

Petronius, *Satyricon* 50-51

- (i) Translate lines 1–5 (*quam … habet*). [5]
- (ii) *cum Ilium … nec illud* (lines 6–10): what is the accepted account of the origin of Corinthian bronze, and how does this differ from that given by Trimalchio? [5]
- (iii) *ignoscetis … haberemus* (lines 10–19): how does Petronius engage and sustain our interest in these lines? [10]

[Total: 20]

Petronius, Satyricon 26-64

- 2** Read the following passage and answer the questions:

sed ego non mehercules corporaliter illam autem propter res venerarias curavi,
 sed magis quod benemoria fuit. si quid ab illa petii, numquam mihi negatum; fecit
 assem, semissem habui; in illius sinum demandavi, nec umquam fefellitus sum.
 huius contubernalis ad villam supremum diem obiit. itaque per scutum per ocream
 egi aginavi, quemadmodum ad illam pervenirem: scitis autem, in angustiis amici
 apparent. forte dominus Capuae exierat ad scruta scita expedienda. nactus ego
 occasionem persuadeo hospitem nostrum ut mecum ad quintum miliarium veniat.
 erat autem miles, fortis tamquam Orcus. apoculamus nos circa gallicinia, luna
 lucebat tamquam meridie. venimus inter monimenta: homo meus coepit ad stelas
 facere, secedo ego cantabundus et stelas numero. deinde ut respexi ad comitem,
 ille exuit se et omnia vestimenta secundum viam posuit. mihi anima in naso esse,
 stabam tamquam mortuus. at ille circumminxit vestimenta sua, et subito lupus
 factus est. nolite me iocari putare; ut mentiar, nullius patrimonium tanti facio. sed,
 quod cooperam dicere, postquam lupus factus est, ululare coepit et in silvas fugit.
 ego primitus nesciebam ubi essem, deinde accessi, ut vestimenta eius tollerem:
 illa autem lapidea facta sunt. qui mori timore nisi ego? gladium tamen strinxi et
 matavitatau umbras cecidi, donec ad villam amicae meae pervenirem. in larvam
 intravi, paene animam ebullivi, sudor mihi per bifurcum undabat, oculi mortui, vix
 umquam refectus sum.

5

10

15

Petronius, *Satyricon* 61-62

- (i) Translate lines 1–5 (*sed ego … pervenirem*). [5]
- (ii) *forte … fugit* (lines 6–14): how does the story build to a climax in these lines? [9]
- (iii) *ego primitus … refectus sum* (lines 15–19): discuss the narrator's presentation of himself. [6]

[Total: 20]

Livy 30. 3-16; 27-37

- 3 Read the following passage and answer the questions:

haec secum volutanti Laelius ac Masinissa supervenerunt; quos cum pariter ambo et benigno vultu excepisset et egregiis laudibus frequenti praetorio celebrasset, abductum in secretum Masinissam sic adloquitur: ‘aliqua te existimo, Masinissa, intuentem in me bona et principio in Hispania ad iungendam mecum amicitiam venisse, et postea in Africa te ipsum spesque omnes tuas in fidem meam commisisse. atqui nulla earum virtus est propter quas tibi appetendus visus sim, qua ego aeque ac temperantia et continentia libidinum gloriatus fuerim. hanc te quoque ad ceteras tuas eximias virtutes, Masinissa, adiecissem velim. non est, non—mihi crede—tantum ab hostibus armatis aetatis nostrae periculi, quantum ab circumfusis undique voluptatibus. qui eas temperantia sua frenavit ac domuit, multo maius decus maioremque victoriam sibi peperit quam nos Syphace victo habemus. quae me absente strenue ac fortiter fecisti, libenter et commemoravi et memini: cetera te ipsum reputare tecum quam me dicente erubescere malo. Syphax populi Romani auspiciis victus captusque est. itaque ipse, coniunx, regnum, ager et oppida, homines qui incolunt, quidquid denique Syphacis fuit, praeda populi Romani est; et regem coniugemque eius, etiamsi non civis Carthaginiensis esset, etiamsi non patrem eius imperatorem hostium videremus, Romam oporteret mitti, ac senatus populique Romani de ea iudicium atque arbitrium esse, quae regem socium nobis alienasse atque in arma egisse praecipitem dicatur’.

5

10

15

20

Livy 30. 14

- (i) Explain the circumstances under which Masinissa has married. [4]
- (ii) *haec secum ... malo* (lines 1–14): discuss the impression made by Scipio in these lines. [10]
- (iii) Translate lines 14–20 (*itaque ... dicatur*). [6]

[Total: 20]

Livy 30. 3-16; 27-37

- 4 Read the following passage and answer the questions:

summotis pari spatio armatis cum singulis interpretibus congressi sunt, non suae modo aetatis maximi duces, sed omnis ante se memoriae, omnium gentium cuilibet regum imperatorumve pares. paulisper alter alterius conspectu, admiratione mutua prope attoniti, conticuere. tum Hannibal prior: 'si hoc ita fato datum erat, ut qui primus bellum intuli populo Romano, quique totiens prope in manibus victoriam habui, is ultro ad pacem petendam venirem, laetor te mihi sorte potissimum datum, a quo peterem. tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit, Hannibalem, cui tot de Romanis ducibus victoriam di dedissent, tibi cessisse, teque huic bello vestris plus quam nostris cladibus insigni, finem imposuisse. hoc quoque ludibrium casus ediderit fortuna, ut cum patre tuo consule ceperim arma, cum eodem primum Romano imperatore signa contulerim, ad filium eius inermis ad pacem petendam veniam. optimum quidem fuerat eam patribus nostris mentem datam ab dis esse, ut et vos Italiae et nos Africae imperio contenti essemus: neque enim ne vobis quidem Sicilia ac Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tam egregiis amissis ducibus. sed praeterita magis reprehendi possunt quam corrigi. ita aliena appetiimus ut de nostris dimicaremus, nec in Italia solum vobis bellum, nobis in Africa esset, sed et vos in portis vestris prope ac moenibus signa armaque hostium vidistis, et nos ab Carthagine fremitum castrorum Romanorum exaudimus'.

5

10

15

Livy 30. 30

- (i) *summotis ... prior* (lines 1–4): how does Livy stress the importance of this moment? [5]
- (ii) *si hoc ... corrigi* (lines 4–16): how persuasive is what Hannibal says? [11]
- (iii) Translate lines 16–19 (*ita aliena ... exaudimus*). [4]

[Total: 20]

Section B**Essay**

Answer **one** of the two questions below on your chosen prescribed text. You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context.

Petronius, *Satyricon***Either**

- 5 ‘Trimalchio is a tyrant, but one to be mocked rather than feared.’ Do you agree? [20]

Or

- 6 How far do you think the *Cena Trimalchionis* would benefit from being turned into a play? [20]

Livy 30**Either**

- 7 How successful is Livy as a military historian? [20]

Or

- 8 Is it fair to say that Livy’s characterisation of the Numidians, in particular Syphax and Masinissa, is lacking in subtlety? [20]

BLANK PAGE

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced online in the Cambridge International Examinations Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download at www.cie.org.uk after the live examination series.

Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.